

negotia mandata litteris ac voci testium ab utroque trahunt immobile | fundamentum. Tenore igitur presentium recognoscimus et publice protestamur, quod nos considerantes 5  
 extingui peccata per largitionem | elemosinarum, quemadmodum extinguit aqua ignem, ad honorem omnipotentis dei et gloriose virginis matris sue Marie nec non pro remedio anime nostre et pie memorie domine Constantie quondam uxoris nostre omniumque pro- 5  
 genitorum nostrorum decimam metalli, quod bereh apud montanos vulgariter dicitur, in omnibus montibus sive argentifodinis tocius terre nostre iam mensuratis vel in posterum mensurandis, sive nunc sint sive fiant processu temporis lucrativi, domine abbatisse totique 10  
 conventui sanctimonialium prope Grymme Cisterciensis ordinis, quod claustrum Thronus beate Marie vulgari vocabulo nuncupatur, in perpetuum dedimus tradidimus et assigna- 10  
 vimus cum omni iure et utilitate, prout ad nos eadem decima pertinebat, omni solempnitate iuris et facti adhibita, que consuevit in huiusmodi donationibus adhiberi, warandantes easdem sanctimoniales et ipsum monasterium ex nunc in decima memorata perpetuo possidenda. Ut autem hec nostra donatio robur optineat perpetue firmitatis, eandem 15  
 litteram sepe dicto monasterio in testimonium dari fecimus sigilli nostri patrocinio com- 15  
 munitam. Datum et actum Dresden anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> XVI, kalendis decembris, presentibus venerabili domino Witigone Misnensi episcopo, magistro Geuchardo preposito in Hayn prothonotario nostro, Alberto dapifero de Burne, Heinricho de Siden, Hermanno de Maltitz, Rvdegero de Schachowe, Hermanno de Tannenuelt marscalco, Friderico magistro coquine et aliis quam plurimis fide dignis. 20

(SFR.)

## 271.

*Markgraf Heinrich der Erlauchte cignet dem Jungfrauenkloster in Grimma die von demselben dem Heinrich, genannt von Tuch, abgekauften, ihm aufgelassenen fünf Hufen in dem Dorfe Schellewitz.*

Dresden, 1278 Apr. 28. 25

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 912. Das am Rande beschädigte Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. III, 6) an Fäden von rother und gelber Seide.*

*Gedr.: Hasche Magazin 6, 297f.*

*Ann.: Ueber Schellewitz vergl. Lorenz Grimma 1053.*

Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus hanc litteram in- 30  
 specturis in perpetuum. Que | geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore et ne ab hominibus in oblivionem deveniant, | perhennari solent obsequio litterarum. Notum igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri | evi fidelibus, quod cum abbatisa totusque conventus sanctimonialium in Grimme Cisterciensis ordinis quinque mansos agrorum sitos in villa Schellewitz a Heinricho milite dicto de Tuch pro quinquaginta 35  
 quinque marcis Vribergensis monete argenti emptionis et vendicionis tytulo interveniente comparassent, nos, ad quem proprietas dictorum mansorum sive agrorum pertinebat, post liberam resignationem eorundem mansorum ab eodem Heinricho in manibus nostris factam ad honorem gloriose virginis Marie et ob remedium dilecte coniugis nostre Agnetis bone